

1209.  
1253.

Innocenzo 3<sup>o</sup> Monziana - Creteci. (Insuperantipiana)

5.



Merlio 10 (5)

Innocentius eps servus servorum dei. Dilectis filiis. Potestati Consilio et Comum Cremonensium Placentinorum diocesis salutem et  
aplicam benedictionem. Egidius Comes de Montenova vir nobilis generis fidei tamen ignobilis apud Castellanum de Monziana Cremonensium diocesis quod per  
tinet ad ecclesiam Cremonensem quosdam hereticos fidei contra numerum putarent receptans eos inde maneret publice ac defendit et  
voto relaxationis de recte numero fidei dampnato commisit quiescere non quiescit in aplice sedis unita et orthodoxe fidei non modicum  
detrimtum. Cum autem contra eundem Comitem tanto debentia ferventius insurgere quanto ipsius sedis honorem et incrementum  
fidei inter alios eidem sedis filios affectatus. Universitatem vestram rogamus et hortamur attentius per apostolicam vobis scripta mandantes  
quatinus si est ita Castellum capientes predictum et munitionem custodientes ipsius hereticos edicere faciatis assignari dilectis  
filiis fratribus Rayneno et Gondon ordinis predicatores inquisitionibus hereticis pravitatis in civitate ac diocesis Mediolanensis  
a sede apostolica deputatis ut procedant contra eos secundum canonicas sanctiones. Preces et mandatum nostrum taliter  
impletum quod per rei evidentiam appareat manifeste vos esse orthodoxe fidei zelatores usqueque pro diuina retributionis  
premiis a nobis hinc proveniat in subsidio gratiarum. Alioquin dilecto filio. Priori provincie Lombardie ipsius ordinis  
ac eius inquisitionibus ipsius diocesis litteris in mandatis ut ipsi et eorum quilibet nos ad id monitione premissa per censuram  
ecclesiasticam applicatione remota compellant. Non obstantes si vobis a sede sit indultum eadem quod excommunicari minime  
valeatis per litteras apostolicas que de indulto huiusmodi plenam et expressam ac de verbo ad verbum non fecerint mentionem. Dat.  
Assisi .ij. kalendas Augusti Pontificatus nostri Anno Undecimo.

xrite colorchecker CLASSIC



mm





Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to be organized into several lines.

